

## 920 Contradicentium Medicorum,

bene temperatum non optimè intelligit, & æqualiter, sed simpliciter bene. Et vera responsio constat ex his duabus, scilicet quod intemperies leuissimæ sub sano simpliciter continentur, aliter sanum simpliciter non posset diuidi in sanum semper & multum; leues autem intemperies continentur sub neutro in arte medica, sed sub sano in libro de constitutione, quia ibi neutri rationem non habet, sed sub sano ipsum comprehen- dit. Quod modò ita sit quod leues intemperies sub neutro non sub sano comprehen- dantur probatur quia ponit signa sanorum simpliciter ante signa malatum temperatu- rarum. Vnde videtur segregare utramque, speciem simpliciter sani à mala temperie. Mala autem temperies grauis utrobique con- stituit ægrum simpliciter. Notandum etiam quod vt vult Galenus primo de tuenda sa- nitate optima sanitas latitudinem habet, quare & optima temperies; non quia ita sit, sed quia medicus ita debet existimare.

---

### CONTRAD. L.

*Corpora humida an facilius patiantur.*

[C]orpora laxa, & mollia, atque humida facile morbis corripiuntur ] dicebat Galenus libro de affuetudinibus, & in libello etiam de pulsuum vsu: sicca verò dicebat idem Galenus, & multum resistunt morbis: si eis corripiantur celerimè sponte ad suum statum redeunt: & dabat e, exemplum de ra- mis arborum durioribus qui, difficilius distracta statim ut licet magno impetu redeunt. Oppositum Hippocrates in libello de locis in homine cor- pora sicca facilis ægrotant humidis, & difficilius sanantur. Princeps prima quarti in pestilentि febre humida patatoria dixit. Respondeo licet Hippocratis liber ille non censeatur, humidum naturale est substantia, & quid magis eo corpora abundant, difficilius ægrotant, & facilis sanantur: humida verò qualitas horum utrumque contrarium efficit. Galenus ergo de hoc antiquis, ille de naturali loquitur. Equalis etiam causæ com- paratione humida facilis ægrotant, & dif- ficiilius restituuntur; equalis autem morbi sicca magis afficiuntur, & idem etiam diffi- cilius sanantur.

---

### CONTRAD. LI.

*Memoratoria signa an aliquid confe- rant in ægri salutem.*

Cognitio signorum memoratoriorū vni medico utilis cui libeat attem suam ostentare, ceterum aliis inutilis; inquit Galenus primo prognosticorum. Et in libro de partibus artis medicæ: Pars significativa in duo dividitur, cognitionem præsentium, & præcognitionem futurorum, sine quibus

ars esse non potest, prætermittit igitur me- moratoria. Et in libro de constitutione artis medicæ vbi artem constituere docet, memi- nit demonstratiuorum & prognosticorum, nequaquam memoratoriorum. Princeps quoque dicit quod memoratoria seu Anam- nistica vtilia sunt soli medico, demonstratiua seu diagnostica soli infirmo, sed prognostica utriusque. Tribuitque hoc Galeno. Oppos. Ga- lenus in libro artis medicæ. Usus minor est signorum qui memoriae subiiciuntur. Et Hip- pocrates primo prognosticorum hæc tria ge- nera signorum simul numerat, vtilia dicens vt infirmus medico se credat. Hali adducit hanc rationem in arte medica, quoniam in- quia cutatio non perficitur nisi cognita con- fuetudine & temperatura ægri ut Primo ad Glauconem habetur, hæc aut memoratoriis signis habentur, idem illa non solum vtilia erunt sed etiam necessaria. Propter hoc qui- busdam placebat sententia Auerrois, quod signa salubria memoratoria solum essent vti- lia ægrotorū respectu cura constitueretur, non autem morbi. Sed responsio hæc non est vera, quia signa sanitatis ut nunc non conferunt cum illa præterierit, nec simpli- citer quia illa etiam manent tempore mor- bi, ut non sit necessarium perquirere memo- ratoria. Respondeo signa memoratoria sunt vtilia medico absque dubio, infirmo non per se, sed per accidens ut dici solet: atque hoc bifatiam; primò ut dicat Hippocrates, ut infirmus medico se credat, & credendo tum ex spe tum ex obedientia salutem con- sequatur: Secundò ut habetur ex quarto artis curatiuæ ut dispositio quæ ignota est ex illis cognoscatur. Cuius rei quatuor proponit exempla Galenus; libro de prædictione ad posthumum tria, primum de muliere quæ Pyladem histriōnem amans ægrotabat, & de seruo qui quid multa domino deberet quæ soluendo non esset, languebat ex mero; & post de puer Boethi Cyrillo qui panem abscondens sub matri velo clanculum co- medebat, vnde curari non poterat. Quartam exemplum est Eralistrati primo prognosti- corum Galeno teste filium Regis nouercam amantis agnouit, is qui amat Antiochus, noruerca Stratonica, vxor hæc Demetrij fuit. Raro tamen hæc sunt necessaria vbi illa ad- sint quæ primo Aphorismorum Hippoc. con- numerat, ægri, astantium, exteriorum op- portuna dispositio.

---

### CONTRAD. LII.

*Demonstratiua signa an solum ægro vtilia.*

Diximus ex principe demonstratiua si- gna ægro solum vtilia. Sed oppositum scripsit Galenus primo prognosticorum, ea ut oculta detegunt vtilia esse etiam medico dicens. Et hoc quasi innuit in arte medica cum dixit, veteres solitos hæc tria genera signorum prognostica appellare. Vel igitur legamus literam Principis sic, memorato- riorum usus maior medico quam ægro, de- monstratiuorum-